AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 282
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Tolerat esaias · in quos tam multa uenenata crimina iaculatur ·
tolerat hieremias · a quibus tanta patitur · Tolerat zacharias
pharisaeos & scribas · Quales illo tempore fuisse scriptura testatur.
Sciome multos praeter misisse · Legant qui uolunt · legant qui
possunt eloquia caelestia · inueniant omnes scos dei seruos ·
& amicos semper habuisse se quos in suo populo tolerarent · Cum quibus
tamen illius temporis sacramenta communicantes · non solum
non inquinabantur sed etiam laudabiliter sustinebant ·
studentes sicut ait apostolus · seruare unitatem spiritus in uinculo
pacis · Attendant etiam post domini aduentum · ubi multo plura
huius tolerantiae pro tuo morbem inueniremus exempla · si omnia
scribi & in auctoritate redigi potuissent · Tamen haec ipsaque
habemus · aduertere · Tolerat ipse dominus iudam diabolum furem
& uenditorem suum · sinit accipere inter innocentes discipulos
quos fideles nouerunt praetium nostrum · Tolerant apostoli
pseudo apostolos · & inter sua quaerentes non quae iesu xpi · Paulus
non sua quaerens · sed quae iesu xpi · cum gloriosissima tolerantia
conuersatur · Postremo quod paulo ante commemoraui · diuina
uoce laudatur sub angeli nomine praepositus ecclesiae · Quod cum
adisset malos · eos tamen temptatos & inuentos per nomine domini
tolerauit · Ad summam seipsos interrogent · Non ne tolerantur
abeis caedes & incendia circellionum · Ueneratores precipitatorum
utro cadauerum & sub incredibilibus malis · unus optatus per
annos totius africae gemitus · Parcoiam dicere singularum
per africam regionum · & ciuitatum · & fundorum terrennicas potes
tates · & publica latrocinia · Melius enim uobis haec uos ipsi dicitis ·
siue in aurem · siue palam · sicut libitum fuerit · Quocumque
enim oculos uertitis occurrent quod dico · uel potius quod taceo ·
Neque hinc istos quos ibi diligitis accusamus · non enim uobis
displicent qui a tolerant malos · sed quia intolerabiliter malis ·